

Heinrich Moeller

**ELEGIA IN MORTE OPTIMI || ET DOCTISSIMI VIRI GE=||RARDI MALENII.  
SCHOLAE || primariae apud Dantiscanos quondam || Rectoris. Scripta ad  
studiosum Ado=||lescentem Alaricum Claudium || Phrisium.|| Ab Henrico Mollero  
Hesso.||**

s.l., 1560

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn880582839>

Druck    Freier  Zugang





V076 durchgab

12. a. 2.

Hierin mehrere Abbildungen!

~~C. H. f. 1048~~ Cq - 1293 1-30. <16. Jh>  
Paläotype  
1-33. Ink  
C II f



22

22/2



281  
b  
482

ELEGIA IN MORTE OPTIMI  
ET DOCTISSIMI VIRI GE-  
RARDI MALENII. SCHOLAE

primariae apud Dantiscanos quondam  
Rectoris. Scripta ad studiosum Ado-  
lescentem Alaricum Claudium  
Phrisium.

Ab Henrico Mollero Hess.

Hocis Muge Hespende,

IN SEPVLCHRVM ALBERTI, FILIO-  
LI GEORGII SABINI POETAE CLA-  
RISSIMI, HENRICVS MOLLE-  
RVS HESSVS.

Cui monumenta novis sunt hæc erecta sepulchri ?  
Non equidem parui funeris esse queunt.  
Istuc pieridum decus et laus prima Sabinus  
Vnica filiali condidit ossa sui.  
Eximij præstans quem nata Melanchtonis ipsius  
Ediderat, Domini fida ministra sui.  
Ergo Melanchtron avus? pater ergo Sabinus? at ætas  
Ipsius? at nomen quod morientis erat?  
Tingeret infantem sacer ut baptismatis humor,  
Dux lotum sacris ipse leuauit aquis.  
Dux, qui Prutenæ regionibus imperat oræ.  
Hinc Ducas Alberti nomen adeptus erat.  
Sed modo tres totidemque puer numerauerat annos,  
Ut Dysenteriae tormine victus obit.  
De quo spes et auo, spes et concepta parenti  
Maxima, maturos occidit ante dies.  
Siclaus duro tabescit surculus istu,  
Quo spes immensa hospite frugis erat.  
Indolis an tantæ fuit? an tam frontis honestæ?  
Num patris gemitu dignus autem fuit?  
Iadole tam prestans, tam felix mente puerlus,  
Corporeque pulcher, que fuit ore decens.  
Nec tantum patris est desletus autem querelis,  
Sed Charitum luctu Pieridumque graui.  
Albis Saxonibus, Marchitis Odera, Prussis  
Bregela in hoc moestas funere traxit aquas.  
Aonij? igitur florescat honoribus vrna,  
Quæ fouet exuicias parue Sabine tuas.  
Cuius adorasti supremis numina votis,  
Ille animam cœli yexit in astra tuam.  
Innocuis ubi cum pueris, mysteria sanis  
Dogmatis ætheræ discis in arce Scholæ.

Honos Musis Habendus,

28  
483

ERVDITO ET PIO ADOLESCENTI  
ALARICO CLAUDIO PHRISIO, IN  
SCHOLA DANTISCANA DOCEN-  
TI, AMICO SVO PERCHARO  
HENRICVS MOLLERVS  
HESSVS. S. D.

Litera præteritis à te mihi missa diebus  
Exposuit docti fata supra mea viri.  
Quomodo Malenius morbo consecutus acerbo,  
Clauerit ætatis lustra peracta suæ.  
Protinus inuasit gelidus mea pectora mæror,  
Pagina mox lachrymis est madefacta meis.  
Quis legeret siccō tam mæras lumine chartas?  
An quis tam rigidi pectoris esse potest?  
Qui non attendit præsentis tempora seculi,  
Nil curat tantos occubuisse viros.  
Sed nos qui pulchras operam nauamus in artes,  
Inqs sacras studium ponimus acre Deas.  
Talia non frustra lugeri funera scimus,  
Hos extinguendos fletibus esse rogos.  
Quis necit patriæ ciuilia prælia nostræ  
Magnorum cineres esse secuta virum?  
Bella, famæ, pestis, post ultima fata Lutheri  
Teutonicos miserè diripiuerelares.  
Quot te vexarunt Germania quassæ procellæ?  
Ex quo sunt magnis structa sepulchra viris.  
Post obitum Bonni, Spangenbergits fauillas,  
Post Vitibustum, Creucigerits necem.  
Post Coruine tui miserandos funeris ignes,  
Illorumqs pios qui docuere greges.  
Prussia quid superum tibi censes fata minari?  
Quæ speranda putas esse pericla tibi?  
Dum qui de vera te religione docebant,  
Qui præceptores puluis erantqs tuæ.  
Occurrabant alij violento mortis agone,  
Atqs immatura contumulenta humo.  
Coganturqs

Cogantur cyp alij, fatis hinc inde vagantes ,  
Exilij miseris emeruisse vices .  
Non impune feres (desint precor omnia dictis) 12  
Pæna propinqua tuas excubat ante fores .  
Si Deus iniustis meritas infligere pænas  
Cogit, hinc iustos euocat ante viros .  
Ne simul ut reprobri flagris agitantur acerbis ,  
Ne cum defletis fata sinistra ferant .  
Sic et Malenius, studij morum cyp iuuentæ  
Rector, ad æthereas est reuocatus opes .  
Ergo quis ipsius iam funera lugeat ultra ?  
Quis non has ipsi gratificetur opes ?  
Liber ab ærumnis, quibus hoc vexamus in orbe ,  
Repetit patri regna beata soli .  
Instabilescyp vices hominum, florescyp caducos  
Ridet, et humanæ lugubre sortis opus .  
Ereptum cyp feris leni se morte procellis  
Gaudet, ut æthereæ visiter astra scholæ .  
Non Iachymis poscit nostris sua gaudia fieri ,  
Nec sua nos maestro busta dolore queri .  
Nos tamen ipsius reddamus dona fauillis ,  
Ne totus vili perset opertus humo ,  
Vos igitur Musæ, dulcissima numina, Musæ ,  
Exequijs huius soluite iusta viri .  
Accedat reliqujs haec cura doloribus, atro  
Quos vobis triplex stamine parca trahit .  
Malenius vestrum teneris est lumen ab annis ,  
Aöniascyp sacro monte secutus aquas .  
Ex quibus ingentes rerum lucratus aceruos ,  
Illarum diues cogniti one fuit .  
Proluit Aönio plenè sua pectora fonte ,  
Non studio tantas deside cepit opes .  
Illi fluxit leni ceu flumine sermo ,  
Dulcia si latio solueret ora sono :  
Illi eloquium stupuerunt fertile multi ,  
Qui non infanti verba lepore dabant .  
Exquisitus erat proclia verba loquendo ,  
Hoc morem patricie rettulit ille suæ .  
Nam q

28  
484

Namqe hoc inferior studium Germania versat,  
Ut cultos facili promat ab ore sonos.  
Sicut quae superum Germania continet orbem,  
Nititur ut docta construat arte stylum.  
Verum Malenius non tantum verba coëgit  
Prompta, sed et cultis condidit illa notis.  
Sicut doctus erat facundas ædere voces  
Divite sic valuit quæco notare stylo.  
Nec modo Romani vim nouerat oris ervsum,  
Aemulus immensas in Ciceronis opes.  
Sed quoqe Cecropiae decus ornamenta que linguae  
Imbuerat, Musis lotus Homere tuis.  
Ipso Brutensis præstantior alter in oris  
Vix huius linguae cognitione fuit.  
Lamentis igitur feralibus ora rigemus,  
Quod si in hoc tantus funere lapsus honor.  
Sicut enim studium nauigerat acre Camænis,  
Hauserat et plenis sacra fluenta labris.  
Sic vigili rectos tolerauerat arte labores  
Vi non Aonij degener esset aquis.  
Mitis et humanus, fastu lemotus ab omni,  
Ornatusqe graui simplicitate fuit.  
Hæc est nobilium virtus genuina virorum,  
Ne decus ostentent ambitione suum.  
Hoc se demittunt magis, extenuantqe premendo,  
Quo magis ingenio quo magis arte valent.  
Sed qui nec genij, nec pectoris indole pollent,  
Qui non Aonio succubuere iugo.  
Hoc plus elato sese conamine vendunt,  
Quo minus ingenio quo minus arte valent.  
Exponunt digitos auro gemmisqe micantes,  
Extollunt crista colla superba suas.  
Oratmenta, dducta togam vestigia motant,  
Impediunt totas brachia curua vias.  
Quid mirum se longæ videantur ut esse staturæ,  
Cruribus erecti stant pedibusqe breues.  
Horum Malenius mores exosus inceptos,  
Est adeo vanum non comitatus iter.

Nulli

Nulli se cupido certamine prægulit vñque,  
Non tumido dotes vendidit ore suas.  
Non ferus ingenio, non vultu toruus agresti,  
Sed clemens animo, lenis et ore fuit.  
Scilicet his ornant Musæ virtutibus illos,  
A quibus Aonij montis aditur apex.  
Iam licet has dotes cecidisse queramur in ipso,  
Attamen hoc lachrymas justius ore damus.  
Orbi quod fido simus Rectore iuuentæ,  
Hic parcas nullum ius habuisse velim.  
Non labor est tenuis, non parua molestia, tec*ti*  
Legibus effrenes ducere pubis equos.  
Est labor immensus, sed gratia parua scholarum,  
Quis dignas vlo sentit honore scholas?  
Si quis pascit oves armenta*cqz* ciuib*us*, ille  
Plus inculpati penè fauoris habet.  
Quām qui progenies ipsorum rebus honestis  
Instruit, ad summas arte*cqz* dicit opes.  
Hinc multi fugiunt has procurare palæstræ,  
Illas dum merita sorte carere vident.  
Nam quotus est, tantos qui gestit obire labores,  
Quos schola difficulti fert onerosa iugo?  
Malenius fati nibil his exterritus: illud  
Instabili nunc*q* mente refugit onus.  
Sicut teneræ rexit mores studium*cqz* coronæ,  
Ut desyderium liquerit acre sui.  
Sedulitas, doctrina, fides, industria, mores,  
Illi perpetuum promeruere decus.  
Non indulgenti corrupit amore iuuentam,  
Nec nimis austerus, nec nimis acer erat.  
Non formidatis inflxit verbera plagis,  
Hostibus inferret ceu fera bella suis.  
Sunt quidam nulla pueris grauitate verendi,  
Sunt quos contemptos vita soluta facit.  
Sunt et qui flagris pueros crudelibus urgente,  
Si leue commissum, nec graue crimen adest:  
Insurgunt furjs, toris armantur acutis,  
Terribiles ira terribiles*cqz* minis.  
In ualidam

28  
485

Inuallidam terrent sœua formidine turbam ,  
Et benē se munus rēntur obisse suum .  
Sed venit in Musas, ipsosq; infame Magistros  
Hinc odium : non sunt carnificina scholæ .  
Hicne animus patris, in vestros induitus alumnos ?  
Irruit an similiſ pignora vestra rigor ?  
Poena decens reprobæ frenet delicta iuuentæ ,  
Hic nihil ignaua dissimulate manu .  
Non rigor austerus, non indulgentia mollis ,  
Sed grauitas nostro conuenit æqua choro .  
Tali Malenius pubem moderamine duxit ,  
Hac nec discipulos reddidit arte rudes ,  
Edidit insigni plures iam nomine claros ,  
Quam vigili rexu sedulitate scholam .  
Quos inter Villebrochius clarissimus extat ,  
Præstans Aonice cultor honorisq; lyrae .  
Tucq; Alarice simul non ipsos vltim usinier  
Vitius, et in magnas surgis honoris opes .  
Ergo nec immerito curæ tua pectora mordent ,  
Ista mihi gemstu funera iure refers .  
Quod dulci properum te consuetudine fatum  
Priuarit : vestram clade premente scholam .  
At nos vt videoas curis simul aceribus angri  
Ob tam præstantis funera moesta viri .  
Hæc ob amicitiae firmissima vincula nostræ  
Ad te non lætis sunt data scripta modis .  
Forte dabunt hæc victurum tibi funera nomen ,  
Ut sic Malenio sis pereunte super .  
Ipsius in tumulum quoq; succendentia, nostris  
Sunt à discipulis carmina ducta . Vale .

Gulielmus Boëmus Dantiscanus .

Malenij tumulata iacent hoc ossa sepulchro ,  
Qui Daniscana rexit in urbe scholam .  
Me multosq; bonis formauit in artibus olim ,  
Et docuit summi iussa verenda Dei .  
Ipsius ergo precor laus semper in orbe superfic ,  
Sed mens æternas gaudeat inter opes .

Eberhardus Roggius Dantiscanus.

Qui fuit egregio virtutum clarus honore

Hoc sua Malenius condidit ossa loco.

Artibus instituit pueros et moribus olim,

Procurans Gedanæ castra diserta scholæ.

Sed placido tantos absoluens fine labores,

Nunc in cœlesti sede quietus agit.

Eberhardus Ctenfeldius Dantiscanus.

Quem Deus ornarat multis virtutibus almus,

Illiis hoc tumulo viscera clausa iacent.

Instruxit in ultos studij et moribus, inde

Clarum Malenij nomen honore viger.

Sed licet indigna corpus sit morte solutum,

Mens tamen ætherei vivit in arce poli.

FINIS.

Gulielmus Bogumus Dantiscanus.

Wistius fuit clavis in lege, hoc esse post officia pectoris

Qui Dantiscanus exarci in ducis opere


Wicimus pectoris potest in ducis opere

Hic ducis opere

Dicitur quod pectoris potest in ducis opere

Sed pectoris potest in ducis opere









Eberhardus Dantiscanus.

rus honore  
dit ossa loco.

ribus olim,  
ra diserta scholæ.

Fine labores,  
tus agit.

Eberhardus Dantiscanus.

irtutibus almus,  
a clausa iacent.

oribus, inde  
a honore viger.

orte solurum,  
uit in arce poli.

Eberhard

Qui fuit egregi

Hoc sua

Artibus institu

Procurat

Sed placido tan

Nunc in

Eberhardu

Quem Deus o

Illiū ho

Instruxit in ult

Clarum

Sed licet indig

Menstra

et cetera

